

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Humilitas h
cum fonte primo

Quisquis cupit diuinitatis tenere fastigia, humilitatis yma sectetur.
Quicumque uult fratrem preuenire regnando,
prius illum preueniat obsequendo,
sicut ait Apostolus: Honore inuicem preuenientes.
Vincat eum officiis, ut possit uincere sanctitate.
Si enim te non lesit frater, obsequium meretur ut diligas;
quod si forsitan lesit, magis obsequium meretur ut uincas.
Hec enim nostre Christianitatis summa est,
ut amantibus uicissitudinem ledentibus pacienciam rependamus.
Qui ergo fuerit patientior ad iniuriam, potentior constituetur in regno.

Ambrosius in sermone quodam.

Quisque ergo cupit diuinitatis tenere fastigia, humilitatis ima sectetur;
quicumque uult fratrem praeuenire regnando,
prius illum praeueniat obsequendo,
sicut ait apostolus: *Honore inuicem praeuenientes;*
uincat eum officiis, ut possit uincere sanctitate.
Si enim te non laesit frater, obsequium meretur ut diligas;
quod si forsitan laesit, magis obsequium meretur ut uincas.
Haec enim nostrae christianitatis summa est,
ut amantibus uicissitudinem laedentibus patientiam rependamus.
Qui ergo fuerit patientior ad iniuriam, potentior constituetur in regno.

Maximus Taurinensis, *Collectio sermonum antiqua*, 48.1-2 (CCSL 23,
A. Mutzenbecher ed., p.187, ll.11-21). cf. Rom. 12:10.